

ante natiuitatem Domini omnia fere flumina
 Gallie adeo enormiter inundantia excreverunt,
 quod stupenda et inaudita dampna in suis singula
 queque locis ipsarum terrarum incolis intulerunt. # f. Ruban!
 Insuper eodem diluvio in campi amplitudine extra
 muros civitatis Remensis versus ecclesiam sancti
 Nycaii in loco quidem omnino siccato et arenoso ac
 inaequoso, ubi numquam antea fontis vestigia appa-
 ruant, subito de terre visceribus quasi eruperunt ^{m)}
 Quasi 60 fontes aquas validas evomentes, ex quarum
 congestione aquarum tanta inundantia confluebat
 in unum alveum rivi pariter congregata, ut civitatem
 ipsam subintrans muros et multa destrueret et
 subverteret edificia civitatis. Sed non longe postea
 locus idem aquis decurrentibus redditus fuit siccus
 adeo sicut prius.

~~Ex imp. tot.~~ Rex itaque Adolphus, post suam ad regni calumnias
 profectionem in spiritum superbie et ambitionis elatus
 adversus principes et optimates regni negligentiam ^h se
 cepit habere, ipsorum diminuens libertates, possessiones
 eorundem ambiens et tributa incensueta provinciali:
 bus imponens, propter quod ipsi principes et maiores
 regni iritati odium et rebellionem contra ipsum
 gravi conamine conceperunt. Unde Gerardus
Archiepiscopus Maguntinus, eiusdem regis quamvis

Insuper eodem diluvio In partibus quoque Hollandie multe parrochie cum villis agris et habitatoribus
 iumentis atque hominibus ita fuerunt ab aquis absorpte, ut nec ipsarum aliqua vestigia remanerent.

(l) quoque cod. m) eruperunt cod.

(f. Ruban! inq. p. Ruban!)

^{1 vox}
Negligentius Historiam imp. Colon. sapit.